

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken


**Rectore ... Dn. Friderico Avgvsto, Elector. Saxon. Herede,
ac Reliqua, Dissertationem Moralem, De Eo Qvod Homini
Convenit Circa Brvta**

**Calo, Johann Adam Calo, Johann Adam
Vitembergae, MDCCVI.**

VD18 13000616

Farbkarte

urn:nbn:de:gbv:45:1-13719



MEMBERGAE, Typis
damenon Ad Dem KNO
perennatione. Omnia
hominu in pntu concu
IO. CHRIS
Non hic sumus R. E. S.
M. JOAN. A.
In illis ad
CIRC
MINI O
EO, Q
Dissertatio
Legos Saxon.
DN FRIDER
SERENISSIMO P
RESTORE M

7



APHORISMVS I.

Licitum est homini pro sua uoluntate brutis uti.

EX 9^o ET 16.



Vae summa Dei in hominem est benignitas, non tantum ceteris praestare creaturis eum uoluit, sed et, concesso clementer dominio, easdem ad sustentationem uitae commoditatemque ipsi indulgere.

Etsi quidem diffitendum non est, quam maxime hoc imminutum esse dominium, postquam protoplastus Adam dicto Dei non audiens ab eo defecit, ut, existimante *Luthero ad Genesin p. 19.* speciem saltem domini alicuius in creaturas, sed per exiguum possidere hominem, & nomen saltem uocabulumque domini retinuisse, siue nudum titulum, uideatur; id tamen, quod restat, satis adhuc luculentum diuinae bonitatis testimonium esse potest. Quo de agit *Cap. IX. Genes.* Digna sunt lectu uerba, huc adducta ab *Osiandro & Riueto*, ab illo in *Commentario*, ab hoc in *Exercitationibus ad Gen. Cap. IX.* Huius uerba ita fluunt: *Certum est, ordinarie inditum esse omnibus animalibus hominis metum & aliquam reuerentiam, quam uix excutiunt etiam saevae bestiae, nisi uel lacesitae, uel fame compulsae, uel aliqua alia perturbatione addactae. etc.* In statu quidem institutionis et perfectionis dominium quoque illud perfectum erat, hoc ipsum in statu defectionis etsi magnum et amplum, imperfectum tamen maxime deprehenditur. *Vid. Doct. Albert. in Compendio I.N. p. 11. Cap. 7. §. 4.* ubi omnia haec accuratissime persequitur.

II.

Non hic attinet omnes commemorare, multo minus examinare rationes, quas auctores de hoc dominio diuinius homini in bruta concesso afferunt, fundamentique loco ponere annituntur. Quorum alii in perfectione hominis fundamentum quaerunt, quo respexisse uidetur *Hipponensem Praesul Augustinus*, quando *Libr. I. d. Gen. contra Manich.* existimat,

4 2

omnia

